

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 7477

**Auteur(s)** : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Kirkstall, Sainte-Marie (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1170-1173]

**Lieu d'émission** : Le Petit-Quevilly

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Confirmation aux religieux de Kirkstall des biens qui leur ont été donnés à Kirkstall et ailleurs.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Clay Charles Travis, Farrer William, *Early Yorkshire Charters*, Edimbourg-Wakefield, Ballantyne-Hanson & Co (The Yorkshire Archeological Society), 1914-1965, 12 vol., t. 3, p. 157, n° 1461.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° SUPPL. XXX, t. 2, p. 450.

## Dissertation critique

« 1170–1172-3 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 451. Souscriptions de Gilles, évêque d'Évreux depuis 1170. Cet acte, qui ne porte pas la formule *Dei gratia*, est antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henricus, rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancte Marie de Kirtestal et monachis Cysteriensis ordinis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et avi mei regis Henrici et omnium predecessorum meorum, ipsum locum de Kirkestal, quem habent ex dono Henrici de Lacy, et vaccariam que vocatur Brachinel[eia] juxta Rundeh[aiam], et pasturam ; item ex dono ejusdem Bernolweswic cum omnibus pertinentiis suis, assensu et confirmatione Hugonis comitis de Northfolchia, de cujus feodo ipsa terra est ; ex dono Herberti de Morevilla et Ricardi filii sui terram de Mucl et Thwait cum essartis, assensu et confirmatione Rogeri de Mobray, et omnia alia que eis rationabiliter data sunt in terris et aliis tenementis, secundum quod carte donatorum testantur. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi in ea Deo servientes omnia predicta et quecunque rationabiliter eis data sunt vel data fuerint habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in essartis et aquis

et in stagnis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur sicut ea ipsis concessi et hac carta mea confirmavi.  
Testibus : R[otrodo] archiepiscopo Rothomagensi, A[rnulfo] episcopo Lexoviensi, Egidio episcopo Ebroicensi, Willelmo comite de Albamarla, Rogero comite de Clara, comite Willelmo de Mand[e]villa, Willelmo comite de Arundella, Hugone de Longo Campo, Hugone de Creissy, Waltero de Dunstanvilla.  
Apud Kevilli.